872. ἐπεὶ οὐ κακοῦ ἔξυ (ἔξω E. P.) τῶν M. G. E. P. ἐπεὶ οὐκ ἀκούεις σὺ τῶν Rob. Emendavit Porsonus.

873. διωλόμεσθα ἐπτάναξ M. G. E. διωλόμεσθα ἐπτ' ἄναξ ex P. affertur. Emendate Rob.

875. ὄψεσθε· θάρσει τοῦ χερεῖ ταναρχίαν M. ὄψεσθε· θάρσει, τουχερεῖτ' ἀναρχίαν G. Ex E. οὐχερεῖταναρχίαν adnotatum est. ὄψεσθε βασθαρσεῖτ' οὐκ ἐρεῖτ' ἀναρχίαν Rob. ut βασ. personae signum alieno loco illatum sit.

876. ἐκ ποίου libri. ἐκ τίνος vir doctus in Diarii class. fasc. VII. p. 159.

878. Libri ἀλλ' ἦ. Turnebus ἀλλ' ἤ.

879. Libri κάρβανος δ' ὤν. Turnebus δ' omisit. Emendavit Porsonus.

ἐγχλίοις Rob.

880. ὤρθωσα φρενεί M. ὤρθωσα φρενί G. Emendate Rob.

881. ἠμπλάκημε G. τῶνδ' ἐμοὶ libri.

883. 884. Exciderunt duo versus.

885. In Porsoni Miscellaneis p. 218. scribere ille dicitur πῶς δ' οὐχὶ τἄμ' ὀλωλόθ' εὑρίσκων ἄγω; Vereor ne id Aeschylus non dixisset praesentis coniunctivo. Quae adscripta sunt firmandae illius coniecturae caussa, Sophocles Oed. Col. 833. et Euripides Heracl. 175. τοὺς ἐμοὺς ἄγω indicativo et τἄμ' ἐῶν ἄγειν ἐμέ dixerunt. In Aeschyli Prometheo autem 197. 198. et Aristophanis Lysistrata 713. nihil invenio quod huiusmodi locutionem praebeat. Non magis probandus est Valckenarius ad Phoen. 712. scribi volens πῶς δ' οὐχί; τἀπολωλόθ' εὑρίσκων ἔχω. Recte libri. Non enim convenit hoc dictum cum verbis regis v. 882. Respondere debebat praeco *quomodo non? nemini enim iniuriam facio.* Tum regem dicere oportebat *at has virgines vi abducere conaris.* Sine dubio initium idem duorum versuum πῶς δ' οὐχί caussa fuit omissionis.

886. προσξένοις M. πρὸς ξένοις G. E. Emendavit Victorius.

888. σέβη M. Rob. σέβῃ G.

890. οἶδ' M. οἶδ' G. Emendate Rob.

σέθεν κάτω M. G. σέθεν κλύω Rob.

891. Tyrwhittus οὔ τις τάσδε μὴ 'ξαιρήσεται. Potuit ita loqui praeco, sed tamen videtur ille nonnihil territus increpatione regis iam minus confidenter loqui. Quare nihil mutandum puto, sed sic intelligenda esse haec verba, *abducam, nisi tu mihi has eripias.*

892. κλάεις (οι) M. κλάοις G. κλαίοις Rob.

οὐδὲ μάλ' M. οὐδὲ μάν' G. οὐ μάλ' Rob.

895. Libri λέγοις ἄν. Recte Heathium λέγοιμ' ἄν scribi iussisse docet responsio regis.

896. ἀβουκόλυτον G.